

ero & tabescet in me anima mea, v. 20. & 23., novi diluculo, multa est fides tua ; ubi quidam interpres decipiuntur sumentes, novi pro præterito verbi nosco, cùm tamen sit plurale adjectivi, novus : nam in Hebreo legimus , Absdachim , id est , recentes , supple sunt , effectus misericordia tua Deus , quibus diluculo seu summo mane , id est , sollicite , celeriter , & opportunè nos prævenis . Ita Pagninus post 70. nec non Vatablius & alii sic vertunt ; nova quotidie apparent in nos misericordia tua . Alludere videtur Jeremias iuxta primum sensum præcedentis quæstionis ad reductum de carcere Babylonico Manassem 1. Paral. 35. v. 13. itemque Joachim 2. Par. 36. & 4. Reg. 24. v. 1. & ad relaxatos è carcere cum illis duobus regibus reliquo proceres . At iuxta secundum sensum qui est de Christo ibi est admiratio novi & inauditi effusus divinae misericordiae , qua latroni in cruce pendent , & paulo ante blasphemanti Christum cum socio suo , mox polliceretur paradisum , cuius desiderabilis diei jam diluculum illicescat : hodie , inquit , mecum eris in paradiſo . Sequitur verbum latronis , Pars mea Dominus , propterea expectabo eum , v. 24. 9. Lamentatur Propheta multiplice' Christi colaphisationem à cohorte diu ait , Dedit percutienti se maxillam , saturabit opprobriis v. 30. 10. Lamentatio & effusio lacrymarum in cruce de quibus Apost. ad Hebr. 5. v. 7. unde ait Propheta , oculus meus afflitus est v. 49. & v. 48. divisiones aquarum deduxit oculus meus . 11. Defecit mortem & sepulturem Christi , & lapidis obvolutiōnē ad ostium monumenti : Venatione ceperunt me quasi avem , lapa est in lacum vita mea , & posuētū lapidem super me &c. v. 52. & 53. 12. Lamentatur de mulierum fletu & ejulatione , qua lacrymas fuderunt super sepulchrum Christi defuncti , & è cruce sublati v. 54. Inundaverunt aqua super caput meum . 13. Agitur de Christi descensu ad Lymbum , invocavi nomen tuum de lacu novissimo , id est , profundiōs , vocem mean audisti , v. 55. & 56. 14. Agit de resurrectione v. 57. & 58. Judicasti caulan animæ meæ . 15. Agit de malitia Judæorum machinatione , qui dederunt pecuniam militibus , ut dicerem discipulos corpus ejus furatos esse v. 59. Vidisti Domine iniquitatem illorum . Labia insurgentia mili , & meditationes eorum adversum me . Denique 16. agit de condigna Judæorum punitione ob tantum scelos , eorumque ruinam quam patiuntur à v. 64. ad 66. ubi ait , Perferueris in furore & contere eos sub celis Domini . Quod autem ait , dabis eis sensum cordis , id est , operimentum cordis , seu pondus opprimens cor , quod medici vocant cardiacam passionem .

## QUESTIO QUINTA.

De Lamentatione Quarta.

## Caput IV.

**H**ec Lamentatio 3. habet partes , in prima plangit Propheta templi & cultus Dei depopulationem : 1. qui defecit ejus destruptionem ob divitiam ejus apparatum ; Quomodo , inquit , obscuratum est aurum ? Totum enim templum interiorum rectum erat auro , quod incendio , flammis , & fuligine vastatum est . 2. Defecit ruinam templi considerans multiplicem certum eorum qui conveniebant in templum , & 1. Virorum nobilium v. 2. filii Sion incliti &c. 2. Mulierum quæ videbantur versi in lamiis & stritiones ut comedenter filios suos tempore obsidionis v. 3. 3. Infantum v. 4. adhæsit lingua laetantis ad palatum &c. 4. Delicosorum juvenum quos deplorat v. 5. qui velcebantur voluptuose interierunt in viis &c. 5. Peccatorum v. 6. quod autem ait , major effecta est iniquitas filii populi mei peccato Sodomorum , id est , major facta est pena iniquitatis . Sepe enim in scriptura peccatum & iniquitas ponuntur pro pena peccati ; quod autem maior fuerit pena filiorum Sion quam Sodomitarum , probat , quia hi in momento interierunt , filii autem Sion lenta morte & suppicio penitus intolerabili perierunt .

3. Defecit ruinam templi considerans Nazareorum ritum & celibatum , quorum pristina dignitas describitur v. 7. & opposita calamitas v. 8. ex qua calamitate concludit veritatem sententia hujus generalis v. 9. Melius fuit occisis gladio , quam interfictis fame . Deinde illa sententia probatur ex facti evidentiā argumentando in , Kalvahomer v. 10. manus mu-

## THEOLOGIA PROPHETICA,

Quæ breviter exponit oracula Prophetarum.

## EXERCITATIO CHRONOLOGICA

## IN XVII. PROPHETAS.

## DE ISAIA.

I Saïas prophetare cœpit anno mundi 3248. Osia Regis anno 25. ut docet Divus Hieronymus passim . Licet Eu-

lietum misericordium , id est , quæ naturaliter proclives sunt ad misericordiam præfertim erga filios suos , coixerunt illos ad comedendum .

4. Defecit templi ruinam ob magnificam ejus structuram , quæ subversa est usq; ad fundamenta v. 11. succedit ignem &c. In secunda parte querit Propheta causam desolationis hujus , quæ incipit à v. 12. non crediderunt reges terræ , & universi habitatores orbis quod expugnari posset Jerusalēm . Ostendit tamen desolationem factam fusse justam & rationabilem ob tres causas . 1. Ob effusum sanguinis innocentis & justi , quem sacerdotes & falsi Propheta effuderunt v. 13. 2. Ob præstationem alterius auxili ( scilicet Agypti ) potiusquam Dei : defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum &c. v. 17. ibique avolat ad Christum v. 20. spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris , cuius passio & occiso vera & propria causa fuit perpetua ruina Jerusalēm .

Ultimo prædicti futuram consolationem v. 22. Completa est iniquitas tua filia Sion , non tradet ultra ut transmigret . Sequitur verbum latronis , Pars mea Dominus , propterea expectabo eum , v. 24. 9. Lamentatur Propheta multiplice' Christi colaphisationem à cohorte diu ait , Dedit percutienti se maxillam , saturabit opprobriis v. 30. 10. Lamentatio & effusio lacrymarum in cruce de quibus Apost. ad Hebr. 5. v. 7. unde ait Propheta , oculus meus afflitus est v. 49. & v. 48. divisiones aquarum deduxit oculus meus . 11. Defecit mortem & sepulturem Christi , & lapidis obvolutiōnē ad ostium monumenti : Venatione ceperunt me quasi avem , lapa est in lacum vita mea , & posuētū lapidem super me &c. v. 52. & 53. 12. Lamentatur de mulierum fletu & ejulatione , qua lacrymas fuderunt super sepulchrum Christi defuncti , & è cruce sublati v. 54. Inundaverunt aqua super caput meum . 13. Agitur de Christi descensu ad Lymbum , invocavi nomen tuum de lacu novissimo , id est , profundiōs , vocem mean audisti , v. 55. & 56. 14. Agit de resurrectione v. 57. & 58. Judicasti caulan animæ meæ . 15. Agit de malitia Judæorum machinatione , qui dederunt pecuniam militibus , ut dicerem discipulos corpus ejus furatos esse v. 59. Vidisti Domine iniquitatem illorum . Labia insurgentia mili , & meditationes eorum adversum me . Denique 16. agit de condigna Judæorum punitione ob tantum scelos , eorumque ruinam quam patiuntur à v. 64. ad 66. ubi ait , Perferueris in furore & contere eos sub celis Domini . Quod autem ait , dabis eis sensum cordis , id est , operimentum cordis , seu pondus opprimens cor , quod medici vocant cardiacam passionem .

## QUESTIO SEXTA.

De oratione Jeremias.

## Caput V.

**O** Ratio hæc est instar epilogi prælatorum planetuum . Nam 1. provocat misericordiam divinam v. 1 recordare Domine &c. 2. Defecit amissionem , 1. Possessionem v. 2. hereditatis nostra verba est &c. 2. Parentum v. 3. pupilli facti sumus &c. 3. Cibariorum v. 4. aquam nostram pecunia bisum &c. 4. Libertatis v. 5. cervicibus nostris minabimur &c. 5. Authoritatis v. 8. servi dominati sunt nostri . 6. Sanitatis v. 10. pelli nostra quasi clibanus . 3. Commemorat hostium insolentiam , qui honestas matronas extremo opprobrio frēdarunt v. 11. mulieres in Sion humiliaverunt &c. 2. Crudelitatem eorum in viros v. 12. principes manu suspensi sunt . 3. Horrendam feditatem in adolescentes v. 13. adolescentibus impudicē abusi sunt .

4. Plangit quod defuerit 1. Sapientia v. 14. senes defecerunt de portis . 2. Lætitia v. 15. defecerunt juvenes de choro psallentium . 3. Dignitas regia v. 16. cedidit corona capitis nostri . 4. Confitetur iustam punitionem v. 16. vñ nobis quia peccavimus . 5. Laudat divinam majestatem v. 19. tu autem Domine à eternum permanes . Et implorat Dei benignitatem v. 20. quare in perpetuum obliveris . 6. Denique intuetur divinam severitatem , & inde concludit non ita celeriter implendum quod portular , sed percutiens repulisti nos , iratus es &c. v. 22. quamquam alii interpres id dictum velint ad divinam clementiam movendam , quasi jam sufficienter inebriate sint sagitta ultionis divinæ in sanguine & ruina peccatorum ex Israël de quibus tantam ira vindictam sumptis .

Vides hanc orationem continere quoque 22. versus juxta numerum literarum Alphabeti , sed versus illi non incipiunt singuli à singulis litteris , ut in quatuor præcedentibus capitibus , atque hoc de Threnis Jeremias sufficit .

sebius , initium Isaiae assignet anno Osia 17. Isaías autem est claviger & Evangelista inter Prophetas . Cuius prophetæ dividuntur in 4. partes . In prima diriguntur immediate prophetæ ad Judæos , seu ad duas tribus Judæ & Benjamin à cap. 1. ad 13. In Secunda diriguntur prophetæ ad hostes Judæorum , in quibus etiam sunt 10. tribus Israelis à cap. 13. ad 29. In tertia prophetæ diriguntur ad Judæos de captivitate Babylonis , inseritis quibusdam consolationibus & historiis à cap. 29. ad 49. In quartæ proponuntur prophetæ de regno Christi à cap. 49. ad 66. Tres itaque priores partes sunt legales . Quarta autem est Evangelica , quamquam tres quoque priores multa continent mysticæ de Christo ut patebit infra in exercitatione speciali de Isaiae Prophetia .

## DE JEREMIA.

**C** Oepit hic prophetare an. 13. Josia , mundi 3407. usque ad annum 3447. Quo in Agypto lapidatus est . Jeremias autem est accusator populi Idololatria & consolator populi captivi . Prophetæ ipsius dividuntur in 4. partes . In prima continent conciones penitentiales , ubi sunt inventivæ in pecata populi , denunciations pecunarum & consolationes à cap. 1. ad 39. In secunda narratur complementum prophetæ de exilio Jerusalēm à cap. 39. ad 46. Tertia complebitur prophetæ contra hostes Judæorum à cap. 46. ad 52. Quarta refutat narrationem exodi Jerosolymitani cap. 52. his adde Threnos de quibus supra .

## DE EZECHIELE.

**H** ic prophetare cœpit anno 5. Sedecia Regis , mundi 3440. cum ipse annos 30. natus esset . Ezechiel captivus , minime captivus . Quatuor facit in sua prophetia . 1. Recitat aliquot visiones & conciones , quibus denuntiat penas Judæis à capite 1. ad 25. 2. Denuntiat penas hostibus Judæorum à capite 25. ad 33. 3. Vaticinatur de liberatione corporali ex captivitate Babylonica à capite 33. ad 40. 4. De liberatione spirituali per adventum Christi prophetat , à capite 40. ad 48.

## DE DANIELE.

**H** ie toto ferè desolationis tempore floruit , id est , post annum mundi 3446. imo & ab anno 3438. quo Susanam liberavit annos circiter 12. natus , & puer parvulus , ut ipsem ait Daniel est Propheta Apocalypticus , & ipsius prophetia est Apocalypsis veteris testamenti , qua dividitur in duas partes . Prima pars est narratio historica rerum gestarum 6. primis capitibus . Secunda narratio prophetica rerum futurorum , puta calamitatum & liberationis Ecclesiæ sex posterioribus capitibus . Anno mundi 3494. vidit Daniel in somnio quatuor bestias quæ idem penitus significabant . Unde cunctis omisiis , de bestiis dumtaxat somniū explicatum est . Prima era aquila qua Babylonicum imperium representabat . Secunda ursus cum triplici dentium ordine , imago imperii Persarum . Tertia pardus alatus cum capite quadruplici , figura monarchie Græcorum . Quarta Animal terrible , obvia quæque comedens , reliqua concubans pedibus , cui 10. cornua , in quorum medio parvum cornu , tria ex superioribus elidens , & hoc cornu oculatum erat . Hac autem ultima bestia imperium Romanum significatur , à quo veri Dei cultores Christiani 10. aut 12. acerbissimas passi sunt persecutions primis Ecclesiæ scilicet .

Anno 3496. vidit Daniel ad Coepsum seu Eluerum aminem arrietem cui gentes resistere non poterant , quem supervenientes ab occidente cum cornu insigni inter oculos hircus prostravit , effregitque duo ejus cornua , sic hircus factus est magnus . Sed fractum est cornu ingens , cuius loco subnata sunt cornua quatuor , & ex uno ex illis egressum est cornu minutum , à quo etiam stellæ concubata sunt . Quibus omnibus designabantur Imperia Persarum & Græcorum sub Alexandro Magno inter quatuor ejus duces divisa ; ex quibus uno , scilicet Seleuco , ortus est Antiochus Epiphanes qui Deo bella indixit , sanctos afflixit , Deique cultum penitus abolere conatus est in gente Judæorum ; quod mirum est non esse intellectum à Judæis , cum videatur meridianæ luce clarus .

## Tom. V.

## DE BARUCH.

**C** Oepit iste ab anno desolationis 5. mundi 3450. post Jeremias obitum . Ejusque prophetia infra appendicis subiungitur prophetæ Jeremias cui Baruch Ammanensis fuerat . Liber Baruch est speculum penitentia . Partes ejus sunt tres . Prima continet conciones penitentiales cap. 1. 2. 3. Secunda concionem hortatoriam ad patientiam c. 4. Tertia concionem consolatoriam c. 5. Epistola autem Jeremias quæ capite 6. additur , est graphicæ descriptio vanitatis Idolorum . Igitur cap. 1. prælegit Baruch librum suum Judæis , cum fructu , & cap. 2. exhibet speculum penitentia Judæi captivi . Et cap. 3. supplicem precatiōnem populi . Ac demique cap. 4. & 5. concionem consolatoriam ad captivos .

## FULMINA POPULORUM.

## S E U

## DUODECIM PROPHETÆ MINORES.

## DE OSEA,

Qui fuit fulmen Regni Israël .

**H** unc omnium Prophetarum tam majorum quam minorum antiquissimum esse multi docuerunt . Attamen ipso antiquior extitit Jonas . Cœpit autem Osee sub initia regis Osia anno mundi 3226. Osee est fulmen 10. tribuum seu regni Israël . Triā præstat in prophetia sua . 1. Conqueritur de multiplicis peccatis 10. tribuum à cap. 1. ad 4. 2. Minatur eis poena , & præcipue exadiūm per Salmanazarum à cap. 4. ad 11. 3. Consolatur pios promissione gratia Dei , & in primis redēptione per Christum à cap. 11. ad 13.

## DE JOEL,

Qui fuit fulmen Regni Juda .

**H** ic prophetat eodem ferè tempore quo Osee . Quamquam Hebrei in Seder ollam afferunt ipsum prophetam regnantes Ezechia & Manasse . Joel est fulmen diuīnum tributum , seu regni Juda . Tribus capitibus totidem conciones absolvit . In prima objurgat Judæos & Jerusalēm . In secunda hortatur ad penitentiam . In tertia consolatur .

## DE AMOS,

Qui fuit fulmen utriusque Regni , &amp; vicinorum populorum .

**H** ic cœpit anno 23. regni Osia Regis , & mundi 3246. duo præstat in sua prophetia . 1. Prædicti penas venturas 10. tribus , & tribui Judæ , & populis vicinis cap. 1. 2. Conciones reliquæ dirigunt ad folias 10. tribus à cap. 3. ad 9. enarratque Dei iram super illas venturas , ac præfertim 10. tribuum captivitatem . Hic autem non est pater Isaiæ qui dicitur filius Amos . Imo in Hebreo nomen utriusque hujus Amos diversimode scribitur ; nam in uno prima litera Ain ; in altero Aleph .

## DE ABDAIA,

Qui fuit fulmen Idumeorum .

**H** ic prophetavit circa initia Olympiadum & Regis Joæthan anno mundi circiter 1278. hic est fulmen Idumeorum , & uno cap. duas complebitur prophetias . Prima denuntiat Idumeis interitum . Secunda pollicetur populo Dei liberationem spirituale , puta per Christum .

## DE JONA,

Qui fuit fulgor minus intentans Ninivitum , &amp; figura Christi post triduum resurgentis .

**I**ste est antiquissimus omnium Prophetarum ( quos Hebrei Prophetas posteriores vocant ) tam majorum , quam minorū . Cccc ij

annos circiter 30. natus, in vegeta, florentique aetate a Deo missus est ad Ninivitas, stante adhuc veteri Assyriorum imperio, & regnante Sardanapalo anno mundi circiter 3168. 10. annis priuquam Nineve a Medis capta funditus evertetur. Idem Propheta in sua senectute praedixit victorias Jero-boami secundi. Liber Jonas nobis exhibet speculum infirmitatis humanae, continetque historiam de vocacione sua, tum prima, capite 1. & 2. tum secunda capite 3. & 4. & ipse fuit typus Christi triduo existentis in corde terre, sicut Jonas in abyssis in ventre ceti.

## DE MICHA,

*Qui fuit fulmen universi populi Dei, sicut & consolator, promittendo Christum Liberatorem.*

Ste contemporaneus fuit Abdiae Propheta de quo supra, floruitque perinde circa mundi annum 3278. Micheas est ficut fulmen, & paracletus Regni Iudea & Israe. Duo praefat. 1. Habet concessionem legalem de peccatis & penitentia universi populi Dei cap. 1. 2. & 3. 2. Habet concessionem Evangelicam de redēptione tum corporali ex captivitate Babylonica, tum spirituali per Christum a cap. 4. ad 7.

## DE NAHUM,

*Qui fuit fulmen Ninivitarum, & Assyriorum omnium.*

F Loruit hic sub Ezechia circa ann. mundi 3510. Nahum est fulmen Ninivitarum imo & omnium Assyriorum. Duo praefat. 1. Describit majestatem Dei cap. 1. 2. Denuntiat Ninivitis penas cap. 2. & 3. imo & omnibus Assyriis.

## DE HABACUC,

*Qui fuit fulmen Chaldaeorum & Judeorum.*

F Loruit hic circa ann. mundi 3400. Initio regni Jos. Habacuc est fulmen Chaldaeorum & Judeorum. Duo praefat. 1. Prophetat de oppressione Judeorum per Chaldaeos, & interitu ipsorum Chaldaeorum c. 1. & 2. 2. Devotè orat cap. 3.

## DE SOPHONIA,

*Qui fulmen est Gentium simul & Judeorum.*

I S prophetavit iisdem planè temporibus cum Habacuc, scilicet regni Iohæ anno mundi 3400. fulmen est gentium & Judeorum. Duo praefat. 1. Habet concessionem legalem cap. 1. & 2. 2. Habet concessionem Evangelicam cap. 3.

## DE AGGÆO,

*Institutore Politie sacre.*

P Prophetavit hic anno 2. Darii Histaspis, mundi vero 3534. Aggæus est Institutore Politie sacre, & hortator ad reaificationem templi. Duo praefat. 1. Hortatur ad reaificationem templi c. 1. 2. Consolatur populum promissione Messiae c. 2.

## DE ZACHARIA,

*Qui fuit sol inter Prophetas Minores.*

E Odem plane tempore prophetavit quo Aggæus, Zacharias est sol inter Prophetas minores. Tria praefat. 1. Proponit octo visiones quibus partim instituit, partim consolatur populum Dei a cap. 1. ad 7. 2. Instituit populum concione didascalica de vero cultu Dei cap. 7. & 8. 3. Prophetat de deletione hostium populi Dei & adventu Messiae, & de beneficiis illius erga Ecclesiā a cap. 9. ad 12.

## DE MALACHIA,

*Qui est terminus veteris Testamenti.*

H Ic est ultimus Prophetarum qui ideo vocatur terminus veteris Testamenti. Non quidem spectato ordine temporis; nam prophetasse creditur circa ann. 2. Darii Histaspis, & mundi 3534. saltēm coœvus fuisse videtur Aggæi & Zacharia. Malachias duo praefat. 1. Arguit populum Judæum propter varia peccata cap. 1. & 2. 2. Consolatur pios promissione Christi, & prodromi ejus Joannis Baptiste cap. 3. & 4.

*De ordine temporis Prophetarum inter se.*

S Ecuti sumus hic ordinem Librorum Scripturæ sacrae. Sed queritur quem ordinem inter se ratione temporis, servent Prophetæ majores & minores.

Respondeo hunc servare ordinem. 1. Fuit Jonas anno mundi 3168. 2. Ofee anno mundi 3226. 3. Joel codem ferè tempore. 4. Amos anno mundi 3246. 5. Isaia anno mundi 3248. 6. Abdias, & 7. Michaæs anno mundi 3278. 8. Nahum anno mundi 3310. 9. Sophonias anno mundi 3400. 10. Habacuc anno mundi 3400. 11. Jeremias ab anno mundi 3407. ad 3447. 12. Daniel ab anno mundi 3438. ac præterit post 3446. 13. Ezechiel anno mundi 3440. 14. Bacuc anno mundi 3450. 15. Aggæus & 16. Zacharias anno mundi 3534. ultimus Malachias circa idem tempus.

## IN PSALMUM PRIMUM

## EXERCITATIO

## CRITICO-MYSTICA.

P Salum hunc, quem insignem admodum David Kimhi vocavit, à quo propterea Libri sui initium ducat Propheta, partem esse sequentis quocum unum integrum componat, ex quorundam Hebraeorum sententiâ afferit idem auctor. Verum è nostris plures scripturam istam argumenti seu præfationis instar, ab Eldra concinnatam ac psalmorum operi ab eo præfatum volunt. Idque nos etenim verum esse confirmemur, quod psalmus ille præludii necnon argumentum obtinere videatur, cùm sit totus didacticus ac paræticus, sive ex eorum clafe, quos **אַבְרָהָם** scherzalim instruëtos & morum formativos Hebrei appellant: propofito namque statim pīs legiisque cultoribus felicitatis præmio, ad justitiae opera seculata efficaciter movere, ac mortales ab impietatis tramite deterret, cuius finis interitus certaque damnatio. Nulla apud Hebreos conscribitur psalmus hic epigraphæ, unde ignoramus habet auctorem, secundarium puta, movente enim Spiritu sancto conscriptum esse nulli fidelium dubitare fas est.

¶. 1. **B**atus vir qui non abiit in consilio impiorum &c. In Hebraico textu **אֲבָהָה** beatitudines viri, supple, illius sunt. Cujus ratio utique ac sensus est, hominem minimè scilicet prædicari solitum ob bonum aliquod pecuniam, sed propter bonorum omnium cumulum, ideoque iustum Deoque virum acceptum non unam solummodo consequi beatitudis partem: sed cujusque boni perfectam consummatum. Hinc **אֲבָהָה**, dicitio enim **אֲבָהָה** est semper plurimi numeri, que adversialiter sumpta in regimine significat, beate & feliciter, que vox appreceptionis est ac promissionis; fausta enim appreccatur psalmista, & prospera spendet viro qui non ambulavit in consilio impiorum. Quasi dicat beate erit, feliciter sit homini qui declinat à via pravorum. Ambulavit in consilio. Hebraismus hagiographis ultatissimus, ambulare enim idem valer ac secessari, vivere, conversari; unde beatus ille qui non obsequitur malis consilii hominum impiorum, vel ut habeat Arabs, qui non secessatus est sententiam inobedientium, & in via peccatorum non stetit, id est ratione & consuetudini vivendi ipsorum non adhæsit, neque sedit in cathedra pestilentia, vel derisorum & pestilentium. Heb.

Letfin quod concretum ad auxilium eleganter per abstractum expedit vulgatus interpres. Hi enim sunt veraciter societas humanæ pietatis, qui divina & humana iura rident suaque impiæ inflant aliis principia. Ecce, inquit Kimhi, in tribus istis verbis omnes omnino hominis situs & dispositiones continentur, aut enim ambulat, aut stat, aut sedet, ... cum dormit homo nec bonum operatur, aut malum. Triplex enim ibi impietatis gradatione, ac progressum notantur SS. Amb. & Aug. Primam in vocalis consili, via, cathedra. Secundam in nominibus impiorum, peccatorum, & pestilentium. Tertiam in verbis abit obsequendo: stetit inhaerendo: sedit alios docendo, & malis exemplis insidendo. Beatus ergo prædicat hominem Propheta, qui à viis impiorum recedit: atque ab operibus & eorum prava consuetudine separatur.

¶. 2. *Sed in lege Domini &c.* Apposite admodum, nec enim sufficit ut beatus homo prædicari mereatur, quod à malo declinet, minus quippe est mala non agere, nisi studeat quis & bonus operibus infidare, juxta illud, Declina à malo & fac bonum.

Beatus itaque qui moribus ac institutis separatur à perversa iniquorum consuetudine, quin potius in lege Domini sui propulsum habet defiderium, id est, eam unicè amat, atque operibus implet, utrumque enim significat vox Hebraica textus **רְאֵבֶנְבֶּרֶס**, studium scilicet & voluntatem disciplina & operi conjunctam. Et in lege ejus &c. Repetitionem hic ex more lingue sanctæ factam elegantia caula plurimi volunt: qui enim in lege habet voluntatem, de eadem assidue meditatur, ubi enim est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. **רְאֵבֶנְבֶּרֶס** meditabitur, cordis actionem designat, quasi dicet regi mentis sollicitudine considerabit quae lex præcipiat, quæ vetet. Volvit igitur Propheta communilic quia intentione divina præcepta fint adimplenda, jam enim meminerat operis & disciplinæ, nunc meminit intentionis cordis: ut perfecte justitia vim ostendat, si enim oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.

¶. 3. *Et erit tanquam lignum &c.* Elegantissima comparatio, qua usi sunt frequenter Propheta. Palmam vero vel oleam intelligit, utri enim decerpit fructu folia non decidunt, ac de justa dicuntur, justus ut palma florebit, item, ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei. Profert itaque fructum in tempore suo nec tardius nec maturius, arbores enim confiteat in loco arido ab loci fructifera fructus suis tardius ad maturationem perducunt. Et omnia quacunque facit &c. Alia versio, & quodcumque ediderit profere cadet, que verba sunt ejusdem similitudinis & allegoriae, quorum sensus sit ex plerisque interpretibus, arboreum transplantatum juxta rivos aquarum in nullo deficeret, sed folia & fructus ad perfectum deducere. Juxta Arabitan autem homini julto **חַדְשָׁה** illuc attribuitur, cuius ea est lectio, & folia ejus non lambentur, & quidquid operabitur expletib, supple vir illi legis divinarum culturis fructifera similis, quidquid enim facit, successus prospers habet, id est, fructus edit qui non perirent, sed permanent in vitam eternam.

¶. 4. *Non sic impii &c.* i. e. non ita prosperantur, non eximios edunt fructus ut arbori bone mereantur comparari, quin immo **וְאַתָּה** è contra eum non sint fundati & radicati in caritate, omni vento circumferuntur, æstant desiderii & similes sunt **וְאַתָּה** mōs id est pulvi, paleola, quisquis dispersit quas ventus de facie seu superficie terra. Impii ergo proflus inutiles, & omnis fructus expertes veluti gluma, palca, five tegumentum tritici, quibus comparantur Matth. 3. Ifai. 17. & Pslm. 35. impelluntur in hoc mundo concupiscentia stimulis acti, tandemque transeunt ac pereunt de repente. Festucis autem similes perihentur, quod nulla ab iis ad alios homines utilitas derivetur, quin potius damnatio omnibus inferant, quemadmodum minutissime illæ paleæ seu quisquilia que à ventis huc illucque dejectæ, damnum oculos hominum ultra citroquo migrantium ludent, & faciem commaculant.

¶. 5. *Ideo non resurgent &c.* Heb. & Arabice non stabant, Chald, non consistunt in judicio, nempe causa ex toto cadent & damnabuntur, neque locum habebunt in cœtu ju-  
storum, quos tanquam oves ab hædis in die judicii Christi segregabit. minime igitur audiendi Semi-saducæ qui ex hoc loco negare posse futuram prorsus malorum resurrectionem sibi videntur. Sensus enim Prophetæ genuinus est, nullo modo injustos & impios sortem meliorem in die judicii recepturos. Sed idem semper damnationis iudicium mortemque æternam.

nam manere super illos a die mortis ipsorum. Qui enim perpetua morti sunt addicti resurgere non valent, sed jacebunt preffsi onere peccatorum suorum & damnationis suæ. Expli- cat altero hemisphio quid sit non resurgere, non inveniri in cœtu iustorum.

¶. 6. *Quoniam novit Dominus.* Hebraismus Prophetis admodum familiaris, quo Dei non nudam solummodo cognitionem, sed potentiam ejusdem ad præstandum bona, & beneficentiam ad exhibenda præmia lingua sancta designat. Sic **Ps. 31.** dicit agnoscisti in angustiis anima meam, ego agnoscere te o*ps. 13.* in deserto, & non erat qui cognosceret me. Senus itaque hujus verbi est, novit Dominus viam iustorum, approbat & sibi acceptam vitam aeternam premiat remuneratione: Impiorum autem facta dispergit, quibus dicitur, nescio vos, & perierunt quasi qui non fuerint. Quod planius dictum exsilitur hoc modo sanctissimus doctor Aug. ut hoc sit **s. Aug. in huc locum.**

Hoc quidem rectè intelligimus, quia & verum est, & Regula generalis intentionis indiget, ut videamus ita dici requiescere nos facit, ubi enim est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. intelligentia Deum, cùm requiescere nos facit, sicut dicitur cognoscere, cùm efficit ut cognoscamus. Neque enim Deus temporaliter cognoscit, quod ante non noverat: & tamen dicit ad Abraham, nunc cognovi quoniam times Deum: ubi **Gen. 22.12.** quid aliud accipimus, nisi, feci ut cognosceretur? His locutionis modis arbitrio dictum illud ab Apostolo **Ephes. 4.10.** nolite contristari Spiritum sanctum Dei, in quo signata est in die redēptionis, neque enim ipsa Spiritus sancti, quia est quidquid ipse est, substat, non contristari potest, cùm habeat aeternam atque immutabilem beatitudinem, magisq; sit ipsa aeterna & incomparabilis beatitudo. Sed quia ita in sanctis habitat, ut eos implete caritate, quæ necesse est ut homines ex tempore prædicti profecti fidelium & bonis operibus, & ideo necesse est etiam contristari lapsi, vel peccatis eorum, de quorum fide ac pietate gaudebant, quæ tristitia laudabilis est, quia venit ex dilectione, quam Spiritus sanctus infundit: Propterea ipse Spiritus sanctus dicitur contristari ab eis, qui sic agunt, ut eorum factis contristentur laudabilis. sancti, non ob aliud nisi quia Spiritum sanctum habent, quod dono tam boni sunt, ut eos mali molestient, hi maximè quos bonos sive noverunt, sive crediderunt. Quæ profecta tristitia non solum non culpanda, verum etiam præcipue laudanda ac prædicanda est.

Hoc generis locutionis rufsum idem Apostolus, mirabiliter usus est, ubi ait, nunc autem cognoscentes Deum, immo cogniti a Deo. Neque enim tunc eos cognoverat Deus, præcognitos videlicet ante constitutionem mundi: sed quia **G. 4.9.** tunc ipsi cum illius munere, non suo merito vel facultate cognoverant. Maluit tropicè loqui, ut tunc ab illo cognitos Non sibi diceret, cum eis cognoscendum se præstaret, & verbum corrigeræ, quæ hoc minus rectè dixerit, quod propriè dixerat, arroganda, quam sinere ut hoc sibi arrogarent se potuisse, quod eis ille donaverat. Hec S. Aug. de Gen. ad Litt. L. 4. c. 9. similia habet L. 1. de Gen. contra Manich. c. 22.

*Mystica expositione ejusdem Psalmi primi.*

A D Christum Dominum præsentis Psalmi intellectum allegoricè trahunt SS. Patrum plerique, & interpretum Christianorum agmina: que quoniam fere sunt in propatulo & obvia unicuique in doctrinam virorum lucubrationibus, illuc se benignus litterarum divinarum indagator amandari patiatur. At Hebraeorum Libri plerique clausi cùm sint, nec in eorum Commentarios via sit expedita; placuit ex his CCC iiij